



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Antonius Bellauia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

rem correxit. Cum Rege
 in Africam inuitus discessit;
 & sociorum cuidam prædi-
 xit, extremum id sibi esse
 quo eum videret. In Afri-
 ca belli alea infeliciter ce-
 cidit. Patres capti; sed ser-
 uati, & gre postea redempti.
 Sebastianus Rex desideratus
 est, viuusne an mortuus, in-
 incerto fuit. Gaspari parce-
 re noluit Maurus victor,
 quòd illum (in flagranti, vt
 vocant) faucio militi pecca-
 ta confitentis aures ritu Ca-
 tholico dantem deprehen-
 disse. Eapropter eum ca-
 nem Nazareum compellans
 quid istic impietatis ageret
 interrogauit; & simul ei aci-
 nace bifariam caput fudit.

Italus.
Pernambuc.
4. Aug.
1633.
ætat. 41.

P. Antonius Bellauia.

Tam in Sicilia, quàm po-
 stea in Brasilia floruit opi-
 nio-

nione sanctimonix singularis, mira etiam quædam operatus. In prælio, in quo ille inermis Lusitanis contra hæreticos pugnantibus sacram industriam nauabat, glande faucibus, cum nihilominus Lusitano militi faucio confitenti aures præberet, ab hæreticis in opere quod ij detestantur deprehensus, aliquot in capite guttureque acceptis vulneribus, mortem oppetiit. Fuit vir tantam modestix suauitate amabilis, ut ea quæ in illius mente, atque carne inerat integerrima virginitas, in vultu etiam religiosè composito, & castigatis ad omnem puræ modestix normam oculis legeretur.

Fides.

Castit.

*5. Aug.
Gallus.
incerto
die*

*1643.
etat. 35.
Soc. 2.*

Renatus Nouitius.

De hoc, datis 5. Aug. 1643.

li-